



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

89 Confidentialis simonia est, si compermutantes paciscantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO LXXXIX.

Simonia conventionalis est, si compermutantes pacifican-
tur, quod in certum euentum sibi ipsi propria beneficia
permutata restituant; & penas per Pium IV. & V. comit-
tentibus confidentiam simoniacam impositas incurrunt;
Quarta vna est excommunicatio Papalis; Altera, perditio
beneficiorum habitorum; Tertia, inhabilitas ad habendum
alia; Quarta vero reseruatio beneficiorum per confidentiam
habitorum, & aliorum per eam vacantium prouisionis. Ta-
lis autem confidentiarius, quamuis dimisso beneficio, vigo-
re Cruciate, a censuris ob id incurfis absolui possit, & ablo-
utus, ordines iuste percipere queat, ad beneficia tamen ob-
tinenda a solo Papa habilitari poterit.

DECISIO XC.

Ex conf. 52. in Nouis, deest in antiq.

Simoniae crimen verè coram Deo committitur, cum tem-
pore quantumuis minimi, in lingua, obsequio, aut
manu datur in pretium rei spiritualis, & si attingit ad cul-
pam mortalem, siue ratione quantitatis, siue ratione irreue-
rentiæ, & deordinationis; reponendo rem spiritualementem in or-
dine rerum vendibilem, & estimabilem, & temporalium,
excommunicationem habet annexam: si autem alio respec-
tu detur res illa, aut obsequium fiat, quam pro pretio, & sol-
utione rei spiritualis, puta pro dono gratuito, vel sustentatione
ministriorum, vel labore eorum, vel vexationis redem-
ptione coram Deo simoniam iure diuino, naturali, aut hu-
mano prohibita non est; vt proinde quando seruitur alicui,
vt ei conferatur beneficium, aut tali suo ministro illud con-
ferre, simoniacum sit, ex prædictis constat.

DECISIO XCI.

Ex conf. 53. in Nouis deest in antiq.

Examinator, qui, vt amico rogari gratificaretur, pro-
mouendum in actu examinis alacriorem reddendo a-
diuuat, si adiutorium non fuit notabile, in penas contra si-
milia perpetrantes, Concl. Trid. sess. 24. ca. 28. de ref. §. Ca-
ueant statutas non incidit, etiam si postea munuscula gratis
oblata bona fide recipiat. Argu. c. Et si questiones de simon.

DECISIO XCII.

Ex conf. 56. in Nouis, deest in antiquis.

Cum fauor, per quem vnus iuuat alium ad aliquam gra-
tiam consequendam, res suæ pretium inestimabilem, &
inuendibilis sit consequenter qui vt Cardinalitiam digni-
tatem assequatur, aut alicui, vt fiat Cardinalis, donum ali-
quod dat, peccatum simoniæ committit. & in penas Bullæ
Gregorij XIII. incip. Ab ipso saltem excommunicationis
incidit; Quod si Pontifex fecit, & consentit, cessant quidem
penæ temporales, sed non peccatum, nec pena æterna.

DECISIO XCIII.

Ex conf. 64. in Nouis, deest in antiq.

Simonia non est, si ego alias licitè extinguo pensionem;
vt pecuniam receptam mutuem tibi illam tradituro ter-
tio volenti aliam similem extinguerè pensionem, & tu mi-
hi promittas interim aliquot annua.

DECISIO XCIV.

Ex conf. 67. in Nouis, deest in antiq.

Peccati venia, cum non detur nisi correcto, Reg. peccati
venia, de regu. iur. in 6. consequenter realis simoniacus
in beneficio, non nisi eo dimisso, ab excommunicatione ab-
solvendus est.

DECISIO XCV.

Ex conf. 71. in Nouis, deest in antiq.

Simoniae ignoranter de beneficio, seu pensione prouisi-
sus, ita fructus bona fide durante suos facit, ac si simo-

nia perpetrata non fuisset; post scientiam vero non solum
beneficium, aut pensionem dimittere, sed etiam fructus po-
stea perceptos restituere, vel remissionem, seu compensatio-
nem a Papa obtinere tenetur.

DECISIO XCVI.

Ex conf. 74. in Nouis, deest in antiquis.

Resignatarius pecunias necessarias pro expeditione liti-
rarum resignanti vt amico, animo eos repetendi, vel
compensandi cum terminis soluendæ pensionis, non autem
in pretium resignationis mutans, aut soluens, verè coram
Deo, nec confidentiarius, nec simoniacus est, quamuis talis
in foro exteriori præsumitur, nisi eas sciente Papa, sciente
scilicet, & consentiente summo ipsius Datario persoluat.

DECISIO XCVII.

Ex conf. 75. in Nouis, deest in antiq.

Resignatarius accepta possessione beneficij, ita demum
potest resignanti quid dare, si principaliter propter Deū
de ipsi resignanti egentem in elemosinam, etiam si minus
principaliter det, vt obligationi antidotali satisfaciat.

DECISIO XCVIII.

Ex conf. 78. in Nouis, deest in antiq.

Resignans, si post captam possessionem a resignatario,
constituit vicarius ad regimen beneficij resignati,
licet illud regat de iure in vim dictæ deputacionis, &
non de facto, in foro tamen exteriori confidentiarius præ-
sumitur.

DECISIO XCIX.

Ex conf. 83. in Nouis, deest in antiq.

Confidentarij, qui recipiendo beneficium promitte-
bant resignanti retrocedere ante constitutiones Pij IV.
& V. adeo licitè fecisse censentur, vt si dem præstitam a-
dimplere cogentur.

DECISIO C.

Ex conf. 84. in Nouis deest in antiq.

Conuetudo etiam immemorialis ecclesiæ secundum
quam prouisi de canonicatu, & præbenda, ante quam
ad possessionem illorum admittantur, aliquid pro ecclesiæ
reparatione soluere solent, illicita, & simoniaca censi de-
bet, si pro ipsius beneficij, aut præbendæ acquisitione illud
soluatur. Quamuis enim beneficium ante, immo & post illius
erectionem, vacanti, a superiore onus aliquod temporarium
reale imponi possit, ea significatione de præben. personæ ta-
men de eo prouidendæ nihil imponi poterit.

DECISIO CI.

Ex conf. 85. in Nouis, deest in antiquis.

Parochus petens, vel etiam exigens ante collationem nu-
ptialis benedictionis, quæ pro huiusmodi danti consue-
tunt, si male facit simoniacus tamen non est, nec censu-
ras incurrit. ex S. Tho. 2. 2. qu. 100. art. 3. Caet. ver. simonia,
& Nauar. in Man. c. 23. null. 10. & dato quiddam simoniam in
istis committeret, excommunicationem tamen non incurre-
ret, cum hæc non nisi ob simoniam in ordine, vel beneficio
incurratur.

DECISIO CII.

Ex conf. 93. in Nouis, deest in antiq.

Extrauagans Pij V. incip. Intolerabilis quæ est 87. in or-
dine, contra simoniacos lita, inhabilitans simoniacè
beneficia, & dignitates acquirentes, pensionem acquirentes
non ligat, nec etiam eos, quibus ignorantibus a tercia perso-
na aliquid simoniaco acquiritur.

DECISIO CIII.

Ex conf. 94. in Nouis, deest in antiq.

Ignorantia probabilis, qualis est illius, qui sciens quæ-
sua beneficia per festum eius iustitiam,
quem illic tractatum non credebat, tractari, nõ corauit
dili-